



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Historia Missionis Anglicanæ Societatis Iesv

More, Henry

Avdomari, 1660

Personius & Campianus secedunt Lo[n]dino. n. 11.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38320

Ecclesia nunquam infestissimis hostibus caruerit, semper tamen eus sit illustrior, glorioseque emersit, non viribus repugnando, sed sustinendo; fuitque perenne Christi potentiae argumentum quod Martyrum tolerantia fuerit semper Tyrannorum vis & potentia compressa & collisa. Nam cum haec mala omnia non casu & fortuna, sed diuino consilio & voluntate eueniant fieri non potest quin aliquando sacerdotum misereatur Deus, & illorum rebus prospiciat qui nulli nisi ipsi placere student, ipsiusque solius honorem curant & carum habent. Quamdiu vero haec diuinæ bonitatis & misericordiae lux non affulget, certissimus laborum vestrorum fructus vos debet consolari: Hi enim estis qui (ut ait Petrus Apostolorum princeps) in virtute Dei custodimini per fidem in salutem paratam reuelari in tempore nouissimo, in quo exultatis, modicum nunc se oportet contrastari in varijs temptationibus, ut probatio vestrae fidei multo pretiosior auro quod per ignem probatur, inueniatur in laudem & gloriam, & honorem, in reuelatione Iesu Christi, quem cum non videritis diligitis, in quem nunc quoque non videntes creditis, credentes autem exultatis latitudo in narrabili. & glorificata, reportantes finem fidei vestrae salutem animarum vestiarum. Cum igitur laborum vestrorum remuneratio non sit sub opinione dubia, sed certa & explorata, omne gaudium existimate cum in tentationes varias incidentis, scientes quod probatio fidei vestra patientiam operatur, patientia autem opus perfectum habet, ut suis perfecti & integri in nullo deficientes. Quam tamen constantiam & firmitatem ut Deus vobis perpetuo conseruet, assiduis depreciationibus, gemibus & ciuilatibus a distina clementia depositis, haec enim sunt arma caelestia nobis a Deo donata, quae stare & perseverare fortiter, & animos faciunt; haec sunt diuina munitiones & tela spiritualia quae ab incursionibus & impetu daemonum muniunt & tandem ad filiorum Dei perenne confortium ducunt. Ita Patres eo tempore, anno videlicet agessimo secundo, cenuere.

XI. Quadruplicatorum seu delatorum nequissimum genus est, quoium omne studium dies noctesque notorum per urbem Catholicorum aedes obsernare, quas si quem secundò tertioque frequentare, vel si eodem plures tendere conspicerint, illico fores obsident, aut vocatis etiam in subsidium vicinis per rumpunt ut hominem comprehendant, prehensum tstant Iudici, minimum inter respondendum tergiuerantem confessum suspectum de sacerdotio ducant, aut multa pecunia, aut diuturno carcere, aut denique morte mulctandum. Horum eo tempore nequissimus Sleddus, dum in plures horas disceptando confessus, quem dixi, trahitur, & alij post alios Sacerdotes comineant, *Henricum Ortonum* de via slistit, tum *Robertum Ilkonsum* notat eadem ad flumen properantem ut transmittat, hunc suspenso gradu insequitur, adscito in facinus vici illius qui ripa adiacet praefecto; monet ut quam in domum excendat *Robertus* in eam indulet, prædictæ fecuru: Is seu lucrī auditus, seu quoniam in alteram tipam, in qua confederant Patres, nullum erat ei ius, seu eludendi officiosi delatori causam, confidenterem *Robertum* iniecta manu trahit, clamatur tota vicinia (vti afferat) Papista Sacerdos; & is quidem in fide constantiam, gloriosam deinde morte

K

coronauit,

1580. coronavit, erat enim Domino Talbotto à lacris: at tumultus in aduersam Ta-
misis ripam delatus aduertit consultantes periculi, maturauitque discessum.

Animaduerterat Personius, in eâ quam ad interiora Regni suscepserat profe-
ctione maiori cum libertate atq; spē fructus operam collocari posse regiones
& Cāpianus
discedunt
Londino. singulas peragrandio, quām si vnius virbis, quamquā frequentissimæ, erudiendo
populo incumberetur. Tum quia non Catholici tantum, sed pleriq; nobiliores,
(et si forensium negotiorum necessitate quater in anno lat multi Londonum
commigrent) ut plurimū ruri habitant: Tum quoniam inter ciues & cōtentio-
lo alios legū studio deditos (quos duos ferè complectitur ciuitas, auditate lu-
cri obleslos) difficilior & minus gratus sermo infestur de Religione, in qua non
augendæ, sed perdendæ propediem se ingerit cogitatio: Ac deniq; non tam
frequentes habet rus obliteratores ædium; neq; vicinos tantâ insperatos malitiâ,
ut non equiū ferant Catholicorū nomen (à quibus plerumq; benevolè haben-
tūr) quām vbi quotidianâ calumniâ, sc̄ictis criminibus, immeritis suppliciis in
inuidiâ vocatur & nomen, & ipla quam profūetur fides atq; disciplina. Distri-
butis igitur inter se Prouincijs Londonū, tum hac, tum Campiani auocandi cau-
sâ, lub̄ vesp̄ à tergo relinquunt: declivii iam mense Iulio, per interualla deinde
cūm opportunū foret reddituri. Quamuis verò apud congregatos Sacerdotes
ea expoluissent mandata quæ ab Euerardo Generali acceperant, atque ad com-
muncm se fidei ac pietatis causam communib; armis promouendam venisse
docuissent, nihil priuati animo gerentes nisi arctius ex voto vinculum atq; ex
vinculo spē potentioris à Deo auxiliij, à cæteris vero regni negotiis se uero aceri
præcepto: Quoniam tamen regiorum Consiliorū administrī nullum faciebat
finem calumniandi quoſcunq; propagandæ fidei conatus, & seditionis nomine
infamandi tum cunctos qui è Seminariis proficiscerentur Sacerdotes, tum eos
præcipue qui è Societate Iesu dicerentur, Hogdom (vbi de nocte constiterat)
Campianus scripto digerit omnē huius itineris rationem, eamq; amicis tradit
Regio concilio tum offerendā cūm res postularet. Ac primū profitetur se sacris
ordinibus initiatum, Societari etiā Iesu nomē dedisse, ut honorū diuitiarumq;
spē deposita, sub Christi vexillo militaret: Venisse Roma in Angliam ex præ-
positi Generalis decreto, cā animi alacritate quā in aliam quācumq; Orbis Re-
gionem profecturus fuisset, si Generali vilum esset. Profectionis cauſā ac finem
esse fidei Catholicæ conseruationē, propagationemq; per ea quę vniuersis vbiq;
Sacerdotibus & cōmunia sunt & cunctis nota Sacramentorum prædicationisq;
ministeria: Aliorum negotiorum procurationē ab instituto atq; ab animo suo
alienā esse, & Superiorum auctoritate fieri interdictam. Postulare itaq; vt omni
tumultuum concitandorū suspicione amotā, potestas fiat ea quę ad fidei dog-
mata sp̄ciant explicandi coram serenissima Regina, atq; ijs qui suæ maiestati
sunt a consilijs, apud Academicos etiam, atq; legū peritos. Causæ enim viribus
consilium non dubitare quin apertissimis firmissimisq; atq; ex vnicuiq; generi
proprijs sonibus haustis rationibus euicturus sit, auctoritati legū, Patrū Theolo-
gonumq; sententijs, dignitati deniq; Regum atq; optimatum impudentissimè
repugnare

Epistola
Campiani
ad consilia
rios Re-
ginas.